


O ECONOMVS, & domestici mei omnes. Saluta, quæso, meo nomine per amanter D N. D. P A V L V M H E B N E R V M. Ille quod me intrâsit hâc non offenderit, doleo. Vale vir clarissime & feliciter viue diu. Paterniaci Auenticorum  
25. Ianuar. 1610.



## O B S E R V A T I O LXXXIX.

*De excisione tumorum axillarum & abs-  
sione mammarum.*

*Ad eundem*

*Virum clarissimum atque doctissimum D N. D.  
ANDREAM VV EICKIVM.*

**H**ec sub noctem, clarissime D N. D. V V E I C K I Freiburgo redij: Matrona illa, ad quâ vocatus fuerâ, nō cancro, sed steatomate in vlcus aliquomodo malignum, degenerato laborat. Ante paucos dies puella hîc sub plastrum, lignis onustum, cadens, grauissimum affectum cruris sinistri contraxit. Rota enim non solum musculos, & vasa, verum etiam ipsa ossa dilaceravit atque confregit. Multos mihi parit labores atq; molestias, affectus iste, propter symptomata quæ superueniunt: qualis ná verò erit exitus, posthac ex me intelliges. Nuc enim reliqua quæ in præcedenti, tibiq; communicata obseruatione desiderâtur, addēda sút.

Difficilem autē simul & periculosam esse ex-  
cisionem tumorum axillarū, præcipue si magni  
fuerint, cùm in aliis, tûm in primis, in illa fœ-  
mina